d. Commissio für den Notarius (vom 27. September 1269; R.A. n. 6 (Carolus I 1269 D) fol. 120b.
Vgl. oben S. 17 Amtsbuch Ziff. 22.
beim Iustitiar

am Rande: Pro notario Stephano de Capua.

Karolus etc. ~~N~~notario Stephano de Capua etc. Cum de fide et legalitate tua nostra curia confidente, ~~et~~ te cum Iohanne de Brayda dilecto familiari et fideli nostro iusticiario Terre Ydronti pro notario actorum duxerimus ordinandum, recepto a te in curia nostra fidelitatis et ipsius officii debito iuramento, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus statim receptis presentibus ad predictum iusticiarium te personaliter conferas, moraturus cum eo, ~~pro~~ et[1] /13 notariatus actorum ~~notario~~ officium ipsum" aput eum exercere procures fideliter et prudenter, ut vestra inde devocio in conspectu nostri culminis possit proinde merito comendari; dicto enim iusticiario per nostras damus litteras in mandatis, ut te in officio ipso pro notario actorum recipere debeat et tibi pro tempore, quo secum in ipso officio fueris, de pecunia proventuum officii sui expensas solitas debeat exhibere, cui de hiis, que ab ipso receperis, ydoneam facias apodixam. Dat. Melfie xxvii. septembris xiii. indictionis [1269]

(Registro Angioino n. 6, fol. 120a)

131) So ist etwa zu verbessern statt des sinnlosen Textes der Registereintragung, wo es statt et – ipsum heisst: pro notariatus actorum notario ipsum.